UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Decretum Gratiani

**Gratianus <de Clusio>**

**Parisijs, 1542**

Prima, vtru[m] viue[n]te ep[iscop]o alius poterit in eade[m] ecclesia ordinari? No[n]: nisi transferat vel cedat. t[a]n[tum] pro infirmitate vel senectute datur sibi coadiutor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

nente alius ſit ei ſubſtituendus: ⁊ de mutatione ſedis, et quibuſdam alijs: que omnia vt competentius agat, thema proponit, duas inde eliciēs queſtiones. Ad preces cuiuſdam egrotantis epiſcopi papa loco eius aliū ſubſtituit: poſtea cum cōualuiſſet, volebat repetere cathedram cui renūciauerat. et idem de quolibet clerico intelligas: ſed abbates facti inutiles remouentur penitus. xviij. q. ij. ſi quis abbas. ſicut etiam fit in iudice. C. de offic. prefec. orien. ſi quos. cū etiā ex modicis cauſis remoueantur: †extra de ſimo. per tuas. vbi autē electus ſiue confirmat⁹ ante ordinationē fit inhabilis, remouē d⁹ eſt: vt videt̄ extra de eta. ⁊ quali ta. c. j. vite tñ neceſſaria recipiat. j. ea. quāuis.

†Dicūt q̄dā iuris ordine ſeruato vt ex̄ d ac. ad petitionē. i ſi. vbi d hoc. ap probat Hoſt. lȝ B. ibi aliō innuere videat̄ p. e. t. c. q̄liter. ij. in ſi.

Quod autem viuente. ᵃHec queſtio diuidit̄ in. ix. partes. In prima probat̄ xv. authoritatib⁹ ꝙ nullus dȝ priuari iure ſuo ſine culpa ſua: nec etiā ꝓ infirmitate, niſi ipſe renūciauit: nec alius poteſt eligi altero non renunciante, niſi de pape licentia ſpeciali. Secūda ibi: Ne autē. Tertia ibi: Ecce ꝙ. Quarta ibi: Ambitioſis. quinta ibi: Quod vero. Sexta ibi: Hoc nō ſolū. Septima ibi: Ecce in qb⁹. Octaua ibi: Itē cum aliqs. Nona ibi: Hoc etiā tunc obſeruādum. Jo. de fan.

Caſus. Hic intitulat̄. j. queſtio in qua querit̄ an viuente epō ali⁹ poſſit loco eius ſubſtitui: ⁊ reſpondet ꝙ non, niſi in caſibus, ſcȝ niſi deponat̄: vt. l. diſt. poſtq̄. ⁊ niſi renūciet: vt. j. e. q. qualiter. ⁊ niſi mutetur ſedes de licētia pape: vt. j. e. mutationes. ⁊ niſi per ambitionem tranſtulerit ſe ad aliam eccleſiam: quo caſu carebit vtraq̄, habita ſcȝ et ambita: vt. j. e. ſi quis epſ. ad inſtar inuaſoris, qui amittit rem inuaſaȝ, ⁊ aliud tātundē: vt. C. vnde vi. ſi quis in tantā. vel niſi intrauerit monaſteriū vel canonicā regulā de licentia pape: vt. j. ea. hoc nequaq̄. Probat ergo primo per concilū apud Aruerniā celebratū ꝙ epō viuenti ali⁹ ſubſtitui non debet, niſi depoſitus ſit.

ali⁹ poſſit in eadē ecclia ordinari? Secūdo, an iſte valeat repoſcere cathedrā quā ſua interceſſione alter accepit?

## Queſtio .j.

Quod autē viuēteᵃ epō alius ſupponi aut ſupordinari non poſſit: ex cōcilio apd Aruerniā celebrato definitū eſt: in q̊ legit̄ vt null⁹ viuēte epō alius ſupponat̄ aut ſuperordinetur epſ, niſi forſitā in ei⁹ locū quē capitalis culpa deiecerit.

Itē ex regiſtro Gregorij pape ad Anatoliū Conſtātinopolitanum diaconem.

Pro moleſtia corporis ſuo honore non priuetur epſ.

Scripſit mihi dilectio tua: me reuerēdiſſimo fratri meo Joāni primeᵇ Juſtiniane ſedis epō ꝓ egritudine capitꝭ quā patit̄, epm̄ precipere ſuccedere: ne fortaſſe dum epiſcopi iura eadem ciuitas nō habeat (quod abſit) ab hoſte depereat. Et q̇dē nuſq̄ canones precipiunt vt pro egritudine epiſcopi epiſcop⁹ ſuccedat: ⁊ ideo iniuſtūᶜ eſt vt ſi moleſtia corporis irruat, honore ſuo priuetur egrot⁹. Sȝ ſuggerendū eſt vt ſi quis in regimine egrotat, diſpēſatorᵈ illi tali requirat̄, qui poſſit eius curam omnemᵉ agere: ⁊ locuȝ illi⁹ in regimine eccleſie (ipſo non depoſito) conſeruare: vt neq̄ deus omnipotens offendat̄: neq̄ ciuitas neglecta eſſe inueniatur.

Idē in epl̄a ad Candidum.

Flagellatis a domino, afflictio addi non debet.

Cum percuſſio corporalis imminet: vtruȝ pro

Scripſit mihi. ¶ Caſus. Joānes prime Juſtiniane epiſcop⁹ tāta egritudine capitis laborabat ꝙ epāle officiū exercere non poterat. Ne igitur ciuitas prefata dilaniaretur ab hoſte: Anatolius diacon⁹ Cōſtātiopolitan⁹ ſupplicauit Greg. vt aliuȝ ſubſtitueret epm̄. Gregori⁹ vero ſcribens ei dicit hoc non eſſe faciēdum. Iniuſtuȝ eſt enim vt quis pro egritudie ſua ſuo priuet̄ honore: ſed coadiutor ei det̄, q̄ vicem eius gerat: vt deus non offendat̄, ⁊ ciuitas non negligatur.

a ¶ Quod autem viuente. Dicendū eſt ꝙ non, niſi ſit depoſitus. l. diſt. poſtq̄. vel niſi renunciauerit de licentia pape: vt. j. e. c. mutationes. vel niſi per ambitionē ſe tranſtulerit ad aliā: quo caſu carebit habita ⁊ ambita. j. ea. ſi q̄s epſ. ad inſtar inuaſoris, q̄ amittit rem inuaſam, ⁊ aliud tantūdem: vt. C. vnde vi. ſi quis in tantam. In egrotante autem diſtinguunt quidam ſi egritudo eſt incurabilis, vt tūc alter ſubſtituatur: vel etiā ſi nimis ſenex eſt, ad inſtar iudicis. ff. de iudi. ſi longi⁹. C. de officio prefec. orien. l. ſi quos. Sed hoc non admitto niſi in leproſo, qui a dignitate remouetur ꝓpter ſcandalum. extra de cle. egrotan. tua. Hoc etiam ſcias ꝙ epileptici ⁊ alij diuturno morbo laborantes nō promouentur: vt. xxxiij. diſt. cōiter. ⁊ extra de elec. cum inter. ſed promotū morbus nō deijcit: vt hic, ⁊. j. ca. ij. ſed datur ei coadiutor: vt. j. ca. j. ſȝ ex diſpēſatione magna quādoq̄ viuenti epō alter adiungitur: vt. j. e. nō autē.

Epō viuenti an poſſit ali⁹ ſubrogari.

b ¶ Prime. i. Salonitane: quia ibi Juſtinian⁹ primo reſedit. Alij dicūt Rauennā, ⁊ non Salonitanam eſſe primam Juſtiniani ſedem.

c ¶ Et ideo iniuſtū. Preeſſe eñ intelligitur, licet ſit infirmus: ſicut ſeruus ſeruire intelligitur, licet ſit infirmus. ff. de ſta. libe. cum heres.

d ¶ Diſpenſator. Simile. ff. de tute. ſolet etiam. vbi dicitur ꝙ ſi tutor propter longam egritudinem nō poteſt adeſſe, datur ei curator: qui potius dicitur adminiſtrator.

e ¶ Curam omnem. i. res eius adminiſtrare. ſed que ſpectant ad pontificale officiū, vicini epiſcopi ſupplebunt. j. e. pontifices. Et eſt hic argu. ꝙ coadiutor et adminiſtratores vel viſitatores debeant habere liberā ⁊ generalē adminiſtrationē: ‡vt. j. ea. quāuis. ⁊ extra de elec. cum nobis olim. in ſi. ⁊. xxj. q. j. relatio. Sed quid ſi iſte nolit habere coadiutorem? Dico eum cogendum per ſuperiorē. extra de cenſi. romana. verſi. ſi vero. lib. vj. ⁊ arg. ff. de mino. l. alt. §. j. multa eñ bona preſtant̄ inuitis: vt. xlv. diſt. qui emendat.

Coadiutor dȝ hr̄e liberā adminiſtrationem.

‡Multo forti⁹ hoc obtinere dȝ in ꝓo plato: qd̄ ē verū vt not. v. q. iij. c. vl. Ar.

Cum percuſſio. ¶ Caſus. Calūnioſus clericus corporalem patiebatur percuſſionē: cuius occaſione Cādidus epiſcopus de vrbe veteri ipſum beneficio eccleſie ſpoliauit. ſuper quo cum Greg. querela pulſaretur, precepit Candido quaten⁹ omnia ſibi reſtituat: quia ſi pro egritudine eccleſia priuaretur, ⁊ de⁹ offenderetur, ⁊ alij non inuenirētur, hoc exemplo deterriti qui vellent eccleſie militare. Et iſte caſus colligit̄ extra

de cleri.egro.cum percuſſio.
a ¶ Purgatione.i.probatione.ſ.ea.aduerſitas.
b ¶ Flagellatis.ſufficienter.ſed non ſufficienter affli ctis addi poteſt: vt.xxj.q.v.ſi quis a proprio.et ca.ſeq. et eſt arg.q poſt penitentiã non poteſt quis accuſari de crimine: ſimiliter nec duplici dãno debet quis puniri.ff.de iu.do.et ff.de cõdi.ob cau. ſi pecuniam.§.vi. ſimiliter pena nõ debet verti in culpam: vt.ſ.diſti.v. baptizari.et ca.ad eius vero.
c ¶ Afflictio.ſ.iij.q.ix.indicas.et ex de iudi.at ſi clerici.et.ſ.di.v.ca.j.

vaca.mu.tempus.ff.qui.ex cau.ma.ſi cui.§.j.põt enim abſens iuſtam habere excuſationem: vt extra vt lit.nõ conteſt.quoniam frequenter. Lex dicit q ſi quis per licentiam abeſt: ſi vſq ad quinquẽnium non reuertitur punitur: vt.C.de aduo.di.iu.l.vlt.Jo.

purgatione[a], an pro vindicta contingat, dei iudiciũ in hoc ignoratur, et ideo non debet a nobis addi flagellatis[b] afflictio[c]: ne nos culpe (qđ abſit) offenſa reſpiciat.

Itẽ Gregorius Clemẽtino epõ primati Bizanceno.

¶ Infirmitatis cauſa loco ſuo quis priuari non debet.

PResentiũ lator Adeodati querelã, q̃ ſe pñſbyteratus ſui loco incongrue dicit expulſum: licet ſubdite tibi textus petitionis explanet: tamen paulo iudicauimus apertius referendam: aſſerit nãq a Quintiano fratre et coepõ noſtro in loco ſuo quibuſdam ſe ſuis ordinandis negocijs relaxatũ: egritudiniſq cauſa p duorum[d] menſium ſpatiũ ſue ſe eccleſie defuiſſe: cui[9] rei occaſionẽ captãtem predictum fratrẽ noſtrũ, aliũ loco ei[9] illic preſbyterũ ordinaſſe. Hortamur itaq fraternitatem tuã vt cauſã ei[9] ſolicite diſtricteq perq̃ras: et ſi manifeſte egritudinis (ſicut dicit) cauſa eccleſie ſue defuiſſe eum repereris, nullũ ei ex ordinatione alteri[9] pñſbyteri permittas p̃iudiciũ generari: ſed in loco ſuo ſine aliqua eum fac dubietate reſtitui: et.ſ. Illud autem charitatem tuã ſpecialiter admonemus, vt ſi vera fuerit hui[9] ſuggeſtio, atq in ſuo ordine fuerit reſtitutus: de preſbytero qui in loco ei[9] ordinat[9] eſt, ſubtilr diſtricteq debeas eſſe ſolicit[9]: et ſi quidem ſine datione aliqua ad eundẽ ordinẽ p̃uenerit, vt in ſimoniacã hereſim non potuiſſet incidere: in aliã[e] quãcunq vacantẽ eccleſiam eum volumus ordinari. Sin autẽ in eũ quippiã (quod auertat dñs) tale fuerit repertũ: ipſo etiã preſbyterat[9] ordine priuet: quẽ nõ cauſa replẽde neceſſitatis eccleſie, ſed ſola cõprobat ambitione ſuſcepiſſe.

Itẽ Nicola[9] papa Aluino Januenſi archiepõ.

¶ Pro infirmitate vl egritudine põtifices nõ ſunt abijciẽdi: nec i eorũ locũ alij ſubſtituẽdi.

POntifices q̃ aliqua occupant infirmitate vel egritudine, abijciẽdi nõ ſunt, nec alij in loco eorũ cõſecrãdi ſũt, niſi ex hac fuerit luce ſubtracti. q ſi d̃ miniſterio ſibi cõceſſo cõquerunt: q̃ licita ſunt[f]

PReſentium. ¶ Caſus. Adeodat[9] preſbyter accepit a Quintiano epo ſuo licẽtiã vt ad certũ tẽpus abeſſet ab eccleſia ſua pro quibuſdã ſuis negocijs ordinandis: ſz cum propter egritudinẽ ſteriſſet vltra tempus prefixum ei, epiſcopus eius ſcz Quintianus aliũ ſibi ſubſtituit. Gregorius autem cum ex hoc querelam ſuſcepiſſet: ſcribit Clemẽtino primati ipſi[9] Quintiani vt inq̃rat veritatem huius rei: et ſi inuenerit q egritudinis cauſa p duos menſes abfuiſſet, reſtituat eũ i loco ſuo: ſubſtitutum vero preſbyterum ſi non per ſimoniam fuit ibi preſbyter ordinatus, in alia quacunq vacante eccleſia inſtituat. ſi vero per ſimoniam degradetur.
d ¶ Per duorũ. Idem forte ſi per vnum: vt.ſ.e.ſi q̃s in clero. hic ſumit argumen. M. q ſi epiſcopus indeterminate licentiauit clericum, non videtur eum licentiaſſe vltra duos menſes: ſed tamen hoc eſt referendũ ad arbitrium boni viri conſiderato negocio: argumẽ. ff.de verb.obli.continuus. Ad hoc cap.bene facit.ff.de re milita.qui commeatus.nam ibi dicitur q ſi aliquis abeſt vltra ſtatutum tempus, pro deſertore habetur. ſimile bonum argumen.xxj.q.ij.placuit.poteſt tamen per modicum tempus purgare moram.lxxxviij.diſtinctio.perlatum. Non enim feſtinabit iudex ad ſententiã vbi quis iuſta cauſa abfuerit: vt.ff.de damno infecto.ſi finita.§.ſi forte.etiam licet ad prefixum terminum reus non veniat: ſed habebitur ratio viarum, tẽporis, et egritudinis, et alterius impedimenti: vt.ff.de

e ¶ In aliã. Argu. q ſi cõcedo alicui eccleſiã que ab eo euicitur, teneor ei aliam concedere: vt extra de preben. inter cetera. qr iuuari nos beneficijs nõ decipi oportet: vt.ff.commo.l.in commodato.§.penul.ſ.e.omnis.et ca.paſtoralis.et eſt cõtra id qđ dicit lex q donator nõ tenetur de euictione: vt.C.de edi.edic.ad res donatas.ſed hic non dicitur epiſcopus donare: qr habet neceſſe concedere eccleſiam, et in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.ff. de adimen.lega.l.rem legatam. Tamẽ de dolo poſſũ agere cõtra donatorem ſi mihi ſciẽter det rẽ alienã: vt.ff.de dona.Ariſto.§.vltimo. Itẽ ſi quis per violentiam expellitur de eccleſia, nõ habet recurſũ ad epiſcopum, ſicut nec emptor ad venditorẽ in hoc caſu: vt.C. de act.emp.et vẽ.l.expulſos. Et no. q hoc cap.ſemper conſueuit ad hoc induci, q ſpoliat[9] a iudice nõ poſſit petere reſtitutionem: vt.ij.queſtione.j.notũ. Iudex enim non dicitur facere violentiam: vt.xxiij.queſtione.ij.capitulo.j.ff. quod metus cau.l.iij. Semper enim pro ſuo facto preſumitur, niſi poſſit de dolo argui: vt.ij.queſtio.vj.hoc etiam.Joan.

POntifices. ¶ Caſus. Aluinus archiepiſcopus duas fecit queſtiones pape Nicolao. prima fuit vtrum propter egritudinem pontifices ſint abijciendi a dignitate. Et reſpondet q non, nec alij debent loco eorum ſubſtitui, niſi prius de hoc ſeculo migrauerint: et preſbyteri eorum defectum ſupplere debẽt: et in quibus ſupplere non valent, ſuppleant vicini epiſcopi qui debent cum cautela vocari, ne eccleſie preiudiciũ fiat. Secũda queſtio fuit vtrum epiſcopi greges ſuos dimittere poſſint. et reſpondet q non.
f ¶ Que licita ſunt. Ut miſſam canere et p̃dicare: vt xcv.diſt.ecce.

Afflictio q̃ñq dat afflictiõ. Hoc ar. non p̃cedit. xxxiij.q.ij.admoneri. Qđ dic vt not. ex de ac. de his. Cõc. ter. i.l. ſi ſeru[9] ff.de euict. et in aut. naui. giã.cũ gl.ij.C. de fur.

De h[9] ple.not. ex vt lit.ñ cõteſt. q̃ñ.in gl.d ab ſentia.ſ.c.et.j. e.§.aim bitiõis. Archi. Adde q talis ſñia nõ p̃ſumit ſolẽnis gl.j.l.ij ff.de in ius vo.

Eccleſia euicta an poſſit agi cõ epm qui illã cõtulit.

Ad hoc facit q: p̃mo de cã cognoſcit vt ibi patet.

a ¶ Sacerdotes.i.archidiaconi vel decani: qui vicarij ſunt epi: vt.xxv.diſt.perlectis.
b ¶ Non licet. In his que ſpectant ad officium epiſcopale, quod eſt.lxviij.diſt.quorūdam vis.
c ¶ Vicinorum. Sic.lxv.diſtin.ſi forte.
d ¶ Vſq. Sic.C. de cura.furio. cū alijs.
e ¶ Cum cautele.i.preſtabit cautionē de bonis eccleſie nō vſurpandis. Joan.
e ¶ Cum cautele.i.preſtabit cautionem ꝙ ex hoc ſibi nullum ius vendicabit. et arg.eſt ꝙ quis ꝓ poſſeſſore habet ex eo ꝙ fuit i poſſeſſione: niſi ꝓteſtatio preceſſerit: vt hic, ⁊.ꝯ xxiiij.diſ.preſbyteri. et extra de iure pat.conſultationibus. Arg. contra extra de reſti.ſpolia.olim.iij. ⁊.x.q.iij.quia. ⁊ extra de offic.deleg.conſultationibus. Jo.

Iſtā ſniam ꝙ tene re Inno.cē ꝺ reſ.ſpo. ſepe.in gl.ff.de iudi.⁊ l fine.ꝟ. Innoc. plus vi del.⁊c. Archi.

Factus ¶ Caſus hec qui ꝗ cap. loquuntur de nouatiano papa ſchiſmatico, eiuſq̄ cōplicibus. Eſt ergo caſus huius capi. ⁊ ſequentis. Defuncto papa Fabiano, electus eſt Corne. vere ab omnib⁹ cardinalibus, ſcilicet xvj. habito ſuffragio plebis, ⁊ antiquorum ſacerdotum et bonorū virorū cōſenſu. poſtea Nouatian⁹ electus eſt a paucis: q ſic intruſus Cornelius moleſtando cepit orbem peragrare, et catholicos deponere epiſcopos ⁊ alios ſubſtituere. Scribit ergo Cyprianus martyr omnib⁹ chriſtianis ꝙ ſolus Cornelius eſt verus papa: ſed Nouatianus papa qui poſt illum Corneliū eſt electus, prophanus eſt et malus: nec dicitur ſecundus, immo potius nullus. ⁊ hortatur chriſtianos ne recipiant illum: q licet nunc in initio ferueat, diu tamē durare nō pōt.
f ¶ Que tunc. Hic videtur ꝙ abſentes nō ſunt vocandi ad electionem: vt.x.qō.ij.hoc ius. et extra de ſenten. et re iudi.cum olim. maxime ſi ſint remoti: vt extra de elec. cum inter. immo ⁊ ſi in ortis ſunt, non videtur vocandi: vt.ij.qō.vj.§.biduum. ſufficit em̄ ad citationem pulſatio campane: vt extra de offi.cuſto.ca.j.⁊.ij et extra de elec.in cauſis. ⁊ extra de poſtula.prelato. ⁊.c.pe. ⁊ antepenul. ⁊ lex dicit illos ſolos vocandos qui ſunt in vrbe: vt.C.de legatio.l.vlti.lib.x. Q autē vocandi ſint abſentes, probat. lxiij.diſt.quorūdam. alioquin pl⁹ nocet contēptus vni⁹, ꝙ cōtradictio pluriū: vt extra ꝺ electio. ꝙ ſicut. ⁊ c.cū nobis olim. Nam remoti ſunt vocandi vbi tractatur publica vtilitas: vt C.de decuriōi.curiales.ij.lib.x. Solu. Sēper. vocandi ſunt vbi cōmode vocari poſſunt: vt extra de electi. ꝙ ſicut. ſed ſi abſentes nō poſſunt intereſſe, reliq poſſunt eligere: vt ibidem dicitur. tamē ſi aliquis non poteſt itereſſe: ſi ſuo iuramento fidem de hoc fecerit, permittitur ei per ꝓcuratorem eligere qui ſit de collegio: vt extra de electi. quia propter. extra prouinciam tamen non ſunt vocandi: vt extra de elec.corā. quia poteſt abſens habere iuſtam excuſationem: vt extra vt lit.nō cōteſta.quoniam frequenter. Hodie autē ſuper iſta vocatione ſufficit cōſuetudo eccleſiarū, per decretalē extra de elec. in geneſi.

Abſentes an ſint ad electionem vocandi.

ſacerdotes[a] expleant. In his vero que his preſumere non licet[b], vicinorum[c] vſq[d] ad recipiendam ſanitatem epiſcoporum auxilia ſubrogētur: et hoc cum cautele[e] ſtudio peragant: ne per neceſſitatis occaſionem, preſumptionis pullulet ambitio. Epiſcopos vero qui dominici gregis ſuſcipiunt curam atq ſolicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere nō oportet: vt accepti talenti pulchritudo nō deleatur: ſed certamen eorum ſalubriter augeatur, ⁊ triplicetur fructus.

Itē ex epiſtola cypriani epiſcopi et martyris.

¶ Viuente epiſcopo alius ſibi ſuccedere non valet.

Fact⁹ eſt Corneli⁹ epiſcopus de dei ⁊ xp̄i ei⁹ iudicio: de clericorum pene omniū teſtimonio: de plebis que tūc[f] affuit ſuffragio: de ſacerdotum antiquorum ⁊ bonorum virorum conſenſu: cum nemo ante ſe factus eſſet cū Fabiani locus.i. cum locus Petri, ⁊ gradus cathedre ſacerdotalis vacaret: quo occupato[g], et de dei voluntate, atq omniū noſtrū conſenſione confirmato[h]: quiſquis iam ep̄s fieri voluerit foris fiat neceſſe eſt: nec habeat eccleſiaſticam ordinationem[i] qui eccleſie non tenet vnitatē. quiſq̄s ille fuerit: licet de ſe multū iactās, ⁊ plurimū ſibi vendicās, ꝓphan⁹ eſt: alienus eſt: foris eſt: ⁊ cū poſt primū eſſe non poſſit quiſq̄s qui poſt vnū qui ſolus eſſe debet, factus eſt: iam non ſecundus ille, ſed nullus[k] eſt.

Item eiuſdem.

¶ Non eſt ep̄us qui in locum viuentis irrepſerit.

Nouatian⁹ ep̄s nō eſt, qui Cornelio ep̄o in eccleſia a.xvj. coep̄is facto, adulter atq extrane⁹ ep̄s fieri a deſertorib⁹ per ambitū nititur. Et cū ſit a Chriſto vna eccleſia per totū mundū in multa mēbra diuiſa[l], itē epiſcopatus vnus multorū epōrum concordi numeroſitate diffuſus: ille poſt dei traditionem, poſt cōnexam ⁊ vbiq coniunctam catholice eccleſie vnitatē, humanam[m] conatur eccleſiā facere: et ꝑ plurimas ciuitates nouos ſuos apoſtolos mittit vt quedam recētia inſtitutionis ſue fundamēta cōſtituat. Cūq iampridem per omnes prouincias ⁊ per vrbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in etate antiqui: in fide integri: in preſſura probati: in perſecutione proſcripti: ille ſuper eos creare alios pſeudoepiſcopos audet: quaſi poſſit aut totum orbem noui conatus obſtinatione peragrare: aut eccleſiaſtici ordinis compagem diſcordie ſue ſeminatiōe reſcindere: neſciēs ſchiſmaticos ſē-

g ¶ Quo occupato. id eſt canonice ſumpto.
h ¶ Cōfirmato. Ergo electio pape eſt confirmanda.

Hoc tn̄ nō ē verū: et ſpāle ē in eo qꝛ cū eligitur confirmatꝛ ⁊ cōfirmando eligiꝛ: vt. xxiij diſti. in noīe domini.

i ¶ Ordinationem. Argumē. ꝙ que ab intruſo fiunt non tenent: vt.xij.queſtio.ij. alienationes.ix.queſtio.j. ordinationes.
k ¶ Sed nullus. Arg. ꝙ nullus eſt q mal⁹ eſt. ſimi. ex de trāſlatiōi. inter corporalia. ſic.ij.q.vij. nō oēs. et.xix. diſt. ſm̄. Arg contra.j.q.j. quod quidam.
l ¶ Nouatianus. ¶ Diuiſa. xxiiij.q.j. loquitur,
m ¶ humanā.i. non ſpiritualem.

a ¶ Initia. Argu. contra nouitios magiſtros qui primo feruent, et poſtea deficiunt. xxiij. qõ. iiij. diſplicet. et ca. nõ inuenitur. ⁊ ca. ſi eccleſia. imo a minimis eſt incipiendum: vt. xlviij. diſtin. ſicut.

Scire debes. § Caſus. Scribit Cyprianus ad Papinianum ꝙ ſolus Corneli⁹ eſt epũs: et ei obedientes ſunt in eccl'ia. Nouatiani vero q̃ cũ ſacerdotib⁹ dei pacem nõ habent et ꝑ obreptionem dignitatem arripiunt, nõ ſunt in eccleſia: que tñ vna eſt, nec poteſt eſſe diuiſa. Cum epiſcopo nõ ſit: ſcʒ in cõione epi.

b ¶ In eccleſia. vj. q. ij. ſi tantum. cõtra. ſed ibi ſolutũ eſt. hic dicitur eccleſia epũs: alibi eſt idem qđ eccleſiaſtici viri: vt. ĩ. lxiij. diſtin. capi. j. alibi ponitur pro maiori parte: vt ĩ. lvj. diſt. apoſtolica. quãdoq꞉ pro cõgregatione fidelium. ĩ. de cõſecra. diſti. j. eccleſia. Et dic per exẽpla varias ſignificationes vt ex̃ de teſta. relatũ. et extra de verbo. ſigni. cum clerici. ex̃ de vſu pal. c. j.

Eccl'ia multipliciter dicit᷑.

per inter initia[a] feruere, incremẽta xp̃o habere nõ poſſe: nec augere qđ illicite ceperint, ſʒ ſtatim cum praua ſua emulatione deficere. et infra.

¶ Qui ergo nec vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pacis obſeruat, et ſe ab eccleſie vinculo, et ſacerdotum collegio ſeparat: epiſcopi nec poteſtatem põt habere nec honorem: q̃ epiſcopatus nec vnitatem voluit habere, nec pacẽ.

Item ad Papinianum.

¶ Non eſt in eccleſia qui cum epiſcopo pacem non habet.

Scire debes epm̃ in eccleſia[b] eſſe, ⁊ eccleſiã in ep̃o: et ſi quis cũ ep̃o nõ ſit, in eccleſia non eſſe: ⁊ fruſtra ſibi blandiri eos qui pacem cum ſacerdotibus dei non habentes obrepunt: et latẽter apud quoſdam ſe cõmunicare credunt: quando eccleſia que catholica vna eſt, ſciſſa non ſit neq꞉ diuiſa.

Idem.

¶ Suo iuri q̃s cedere nõ dꝫ.

Quam periculoſum[c] ſit in diuinis[d] rebus vt q̃s cedat iuri ſuo ⁊ poteſtati, ſcriptura ſacra declarat: cũ Eſau primatus[e] ſuos inde ꝑdidit: nec recipere poſtmodum potuit quod ſemel ceſſit.

Idem.

¶ Perditionẽ ſibi acquirunt qui ab epiſcopis recedentes vnitatem eccleſie ſcindunt.

Deniq꞉ q̃ ſit inſeparabile vnitatis ſacr̃m: et q̃ ſine ſpe ſint, ⁊ ꝑditionẽ ſibi maximã de indignatione dei acquirant qui ſchiſma faciũt et relicto ep̃o alium ſibi foris pſeudoep̃m cõſtituunt: declarat ſcriptura diuina in libris Regum: vbi a tribu Iuda et Beniamin decẽ tribus ſciſſe ſunt: et relicto rege ſuo[f], alterum ſibi foris conſtituerunt. Et indignat⁹ eſt (inquit) dñs omni ſemini Iſrael: et demoliuit eos: et dedit eos in direptionem donec abijceret eos a facie ſua: q꞉ diſſipatus eſt Iſrael a domo Dauid: ⁊ conſtituerũt ſibi regem Hieroboã filium Nabath. Indignatum eſſe dixit dñm, ⁊ eos in perditionẽ dediſſe: quia ab vnitate diſſipati alterũ ſibi regem cõſtituiſſent. Tanta indignatio dñi extitit aduerſus illos qui ſchiſma fecerũt, vt etiã cũ homo dei ad Hieroboã miſſus eſſet qui ei pctã ſua exprobraret, atq꞉ vltionẽ futurã prediceret: panẽ apud illos edere, et aquã bibere vetaret: qđ cũ nõ cuſtodiſſet, et cõtra preceptum dñi prãdiſſet: ſtatim diuina cenſura percuſſus eſt, vt inde regrediens, impetu ac morſu leonis in itinere necaretur. Sed adhuc in euangelio ſuo dñs maiorem intelligentie ſue lucem manifeſtat:

Quã periculoſum. § Caſus. Cornelius papa volebat renunciare papatui propter tribulatiões quas a Nouatiano ſuſtinebat: ſed Cyprian⁹ dehortatur eum, ⁊ dicit hoc non eſſe ei faciendum: q꞉ ſibi eſſet periculoſum ſi in tanta tribulatione eccleſiam dimitteret: et preterea ſi modo renunciaret, de cetero repetere non poſſet. Et hoc probat exemplo Eſau, qui ius primogeniture cui renunciauit, repetere non potuit.

Geñ. xxv. d.

c ¶ Quam periculoſum. Argumen. ꝙ qui iuri ſuo renunciat, illud repetere non poteſt. ĩ. ea. eos. xxiij. qõ. iiij. ſi illic. ff. de ſucceſ. edict. l. j. §. qui ſemel. et. C. de pactis. poſtq꞉. ĩ. ea. hoc nequaq꞉. et. ff. de edili. edic. queritur. §. ſi venditor. vbi dicitur ꝙ remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus ad eas. xcij. diſtinctio. ſiquis

Iuri ſuo renũciãs illud repetere nõ põt.

epiſcopus. xviij. queſtione vlti. dudum. et notaui. vj. q. iij. deniq꞉.

d ¶ In diuinis. Tẽpe periculi: vt. ĩ. ea. ſuggeſtum.

e ¶ Primatus. Ius ergo primogeniture (vt dicunt) eſt dignitas talis, quia ꝓmogeniti pre alijs in feſtis ſacrificia offerebãt, et ꝙ ſedebant ad dexterã patris, et ꝙ cibos duplicatos recipiebãt. Et dicit Hãdulphus Eſau cõmiſiſſe ſimoniã: quia illud ius ſpirituale fuerat qđ vendidit. ſed eſt contra eũ. j. qõ. j. qui ſtudet. vbi dicit᷑ ꝙ Giezi fuit prim⁹ qui cõmiſit ſimoniã. Sʒ nunquid peccauit Jacob emẽdo, nõ: q꞉ gratis hoc fuiſſet daturus: vl' q꞉ redemit id qđ ſibi diuinitus erat debitũ. ex̃ de diuor. gaudemus.

Ius p̃mogeniture an ſit ſpũale.

Dicit h. hoc eẽ falſũ q꞉ nullũ ſpũale vẽdidit: ſed ꝙ i tali vẽditiõe peccauerit vr ex eo qđ le. et not. de pe. diſt. iiij. in das. Di̇c L. ꝙ in eo ſolo peccauit, q꞉ vilẽ cibũ exarſit. xlj. diſt. q̃ſq꞉. et idẽ h.

Deniq꞉. § Caſus. hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit Cyprianus ſchiſmaticos graui pena eſſe puniẽdos. Et hoc probat tribus exẽplis: ſcilʒ exemplo decem tribuũ quas dñs captiuauit et retruſit vltra mõtes Caſpios: quia ſegregato Roboã filio Salomonis fecerũt ſibi regẽ Hieroboã filium Nabath, ⁊ exẽplo Abdo prophete q̃ necat⁹ eſt a leone: q꞉ cõedit panẽ ⁊ bibit aquã in terra decem tribuũ cõtra dñi ꝓhibitionẽ. Et exẽplo Samaritanorum q̃s dñs voluit dimitti et preteriri: quia ibi erant ſchiſmatici. In ſecunda parte dicitur ꝙ non prodeſt Nouatianis adorare vnum et eũdem deũ quem Cornelius adorat: q꞉ Chore ⁊ dathã et Abyron adorabant eũdem deum cum Moyſe ⁊ Aaron: tamen ſunt ꝑcuſſi ꝓpter ſchiſma qđ fecerunt: et thuribula eorum cõflata in ſignum perpetuũ affixa ſunt altaribus. Secunda ibi: Q; vero.

f ¶ Rege ſuo. Scilʒ filio Salomonis. Et eſt hic arg. ꝙ filij regum de iure debent eſſe reges. Argum. cõtra viij. q. j. moyſes. et. xciij. diſt. legimus.

Regũ filij debẽt eſſe reges.

a ¶ Qꝫ ūdē qui. Arg. ꝙ idē eſt populus qui fuit ante mille annos. Ad ſic. xxj. diſtinc. habeo. ⁊. ff. de iud. ꝓponebat. Sed cōtra, iſti fuerūt ante tēpꝰ Chriſti vltra Caſpios montes tranſlati. Sed dic ꝙ adhuc multi ſequebātur eos in vitijs ſuis: vnde illi ūdē dicebātur eſſe cum eis. j. q. j. cito.

b ¶ Adequari. xxiij. q. j. nō afferamꝰ. cōtra. vbi dicit ſchiſma eſſe grauius peccatuꝫ: ſed expone grauiꝰ, id eſt periculoſius. xxiij. q. iiij. nemo.

c ¶ Memoriale. hec que generāt materiā mali, iubentur publice exponi vt alijs terror incutiatur: vt hic, ⁊. xix. queſtione. iij. mādamus. quandoqꝫ iubentur deſtrui, ne refricēt facti memoriā. xv. queſtiōe. j. mulier. Jo.

d ¶ Schiſma. ita magnū vt iſti nouatiani nouā fecerint eccleſiam.

Non furem. ¶ Caſꝰ. Vernodux britānie, ꝓpter munera defēdebat Gillandū q̄ ſedem Nanneticā vſurpauerat viuēte prelato. vñ Leo monet ipſum ducē ne decetero gillandū defendat.

e ¶ Non furē. i. nō inuaſorē. furtū enī non ꝯmittitur in re immobili: vt inſti. de vſuc. §. qꝺ autem.

Sicut. ¶ Caſus. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte notat ſimilitudo inter matrimoniū ſpirituale, et carnale: q̄ ſicut

ꝙ iidē quiª tunc ſe a tribu Juda et Beniamin ſciderant, et Hieroſolymis relictis in Samariam ſeceſſerāt, inter pſeudoprophetas ⁊ gētiles cōputarentur. Nam cum primū diſcipulos in miniſteriū ſalutis mitteret, mādauit ⁊ dixit. In viam gentium ne abieritis, et in ciuitatem Samaritanoruꝫ ne intraueritis. Et ad Judeos prius mittens, gentiles adhuc preterire iubet. Addēdo autem ⁊ ciuitatem Samaritanorū debere omitti, vbi erant ſchiſmatici: oſtendit ſchiſmaticos gentilibus adequari[b]. et poſt pauca. ¶ Qꝫ vero eundem quem nos deum patreꝫ, eundem filium, eundem ſpiritum ſanctum noſſe dicuntur: nec hoc adiuuare tales pōt. Nam etiam Chore, Dathā, ⁊ Abyron cū ſacerdote Aaron et Moyſe eundem deū nouerant, pari lege et religione viuentes: vnum ⁊ verum deum qui colēdus atqꝫ inuocandus fuerat, inuocabant: tamen q̄ loci ſui miniſterium trāſgreſſi ⁊ cōtra Aaron ſacerdotē, qui ſacerdotiū legitimum dignatione dei atqꝫ ordinatiōe perfecerat, ſacrificandi ſibi licentiam vendicauerunt: diuinitꝰ percuſſi, penas ſtatim pro illicitis conatibus penderūt: nec potuerunt rata eſſe ⁊ proficere ſacrificia irreligioſe ⁊ illicite, ⁊ contra ius diuine diſpoſitionis oblata. Thuribula q̄qꝫ ipſa in quibus incenſum illicite fuerat oblatum (ne in vſum decetero eſſent ſacerdotibus: ſed potius indignationis ⁊ vltionis diuine memoriā corrigendi poſteris exhiberēt) iuſſu dñi ꝯflata atqꝫ in igne purgata, in laminas ductiles producūtur, ⁊ affiguntur altari, ſm qꝺ loquitur ſcriptura diuina. Memoriale[c] (inquit) filijs Iſrael vt nō accedat q̄ſqꝫ alienigena qui nō eſt ex ſemine Aaron, imponere incēſum ante deū, vt non ſit ſicut Chore. Et tamen illi ſchiſma[d] non fecerant, nec foras egreſſi cōtra dñi ſacerdotes impudenter atqꝫ hoſtiliter rebellauerant: quod nunc hi eccleſiam ſcindentes, et cōtra pacē atqꝫ vnitatem Chriſti rebelles, cathedrā ſibi conſtituere, et primatum aſſumere, ⁊ baptizandi atqꝫ offerendi licētiā vendicare conātur. Item Leo. iiij. Vernoni duci Britannie.

¶ Nō eſt defendendus qui viuentis locum inuadit.

Non furē[e] et latronem, qualē Gillandum eſſe ſentimꝰ in nannetica ſede: qui viuētis (qꝺ non licuit) locū nō timuit vſurpare: pro cuiuſcūqꝫ muneriꝫ donis vltra debes defenſare.

Itē Euariſtꝰ papa omnibus epiſcopis.

¶ Nō licet epiſcopo eccleſiaꝫ ſuam dimittere.

Sicut vir nō dꝫ adulterare[f] vxorem ſuam: ita nec ep̄s eccleſiam ſuam. i. vt illam dimittat ad quam fuit ſacratus, abſqꝫ ineuitabili neceſſitate, aut apoſtolica vel regulari mutatiōe, vt alteri ſe ambitus cauſa coniungat. Et ſicut vxori non licet dimittere virum ſuum vt alteri ſe (viuente eo) matrimonio ſociet, aut eum adulteret[g], licet fornicatus[h] ſit vir eius: ſed iuxta apoſtolū aut viro ſuo debet recōciliari, aut manere īnupta: ita eccleſie nō licet dimittere epiſcopū ſuuꝫ, aut ſe ab eo ſegregare, vt alterum viuēte eo accipiat: ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat. i. alterū ep̄m ſuo viuente non accipiat: ne aut fornicationis, aut adulterij crimē incurrat. Si vero adulterata[i] fuerit. i. ſi ſe alteri iūxerit, aut ſup ſe alterū ep̄m

vir non debet vxorem ſuam dimittere: ita nec ep̄us eccleſiam ſuā abſqꝫ ineuitabili neceſſitate, vel apoſtolica mutatione: et ſicut vxori nō licet dimittere virum, et adherere alij, licet fuerit fornicatus, ſed aut ei reconciliari, aut innupta remanere: ſic eccleſia ſuū nō dꝫ dimittere ep̄m: et ſi dimiſerit, aut ſibi reconcilietur: aut innupta permaneat. In ſcꝺa parte dicit ꝙ ep̄s dꝫ docere et amare eccleſiam ſuaꝫ, ⁊ econuerſo eccleſia ep̄m ſuum. Secūda pars incipit ibi: ep̄m vero.

f ¶ Adulterare. id eſt dimittere vt adulteret cū alia.

g ¶ Adulteret. i. dimittat fornicantem.

h ¶ Fornicatus. Vxor poteſt dimittere virum ob fornicationē ſicut vir vxorem: quia non ad imparia iudicātur. xxxij. q. j. ſi q̄s vxorē. ſed non poteſt euꝫ dimittere vt alij adhereat.

Fornicatio ſeparat coniuges.

i ¶ Adulterata. Ergo eccleſia pōt delinquere, ⁊ etiā vniuerſitas: ar. ff. de origi. iur. l. ij. §. illud. ⁊ eſt cōtra illud. ff. ꝺ dolo. ſi ex dolo. vbi dicitur ꝙ municeps non poteſt facere dolum, ſupple ꝺ facili. Sꝫ nunq̄d pōt ecc'ia vel ciuitas excommunicari? dico ꝙ non: vt. xxiiij. q. iij. ſi habes. Sed ma iores de eccleſia poſſūt excōicari: vt extra de ſimo. venies. ⁊. ff. de con. ⁊ demon. municipibus. ⁊. xliiij. di. commeſſationes. Dico enim ꝙ ſi eccle

vniuerſitas deliq̄re poteſt. Ad hoc facit qꝺ le. ⁊ no. ꝺ. ea. q. deniqꝫ. ⁊ habes de hoc plures ꝯcor. ex̄ de iu. pa. qm̄ in quibuſdā. in glo. j. §. iteꝫ q̄d ſi. ⁊c. ⁊ de ꝯſe. di. j. ꝺ fabrica. Ar,

ſia vel ciuitas poſſet excōmunicari, ſequeretur abſurditas: nam omnib⁹ illis mortuis ⁊ alijs ſubſtitutis eſt eadē eccleſia: ergo adhuc eſſet excommunicata ſi priores canonici nō petijſſent abſolutionem adhuc. de hoc notaui.xij.q.ij.epiſcopus qui.ij. impediant.ff.de vſufruc.quotiēs.⁊ hec forte vera ſunt vbi ſimul adminiſtrant. ſed hic forte Ualerius ceſſit adminiſtrationē Auguſtino: q facilius expeditur adminiſtratio per vnū ꝙ per plures.ff.de admi.tu.l.iij.§. vlt. Uel dic ꝙ licȝ vterq habeat dominiū ⁊ iuriſdictionem inſolidum: tamen vnus ſine altero non poteſt iudicare, ad inſtar plurium iudicum vt.ij.q.vj.§.diffinitiua.ver.ſi plures.extra de of.dele.cū ꝗbus.⁊.c.cām. niſi aliter fuerit eis cōceſſum a papa: ſicut quandoq fuit in duobus legatis Alemanie: ſed tamē ex hoc poſſet oriri diſcordia: vt quez vn⁹ cōdēnaret, alter abſolueret. Item nunquid eodē modo poſſūt eſſe duo apl'ici? arg.ꝙ nō.§.e.factus.et dñs tantū vnum cōſtituit.xxiiij.q.j.ita loquitur.⁊.c.quicūq. quidā cōtra ꝙ diſpenſari nō pōt.xxv.q.j.ſunt quidam. ꝑterea quia vna eſt eccleſia catholica, et vnū caput: et tamen plures īꝑatores fuiſſe legimus.xxj.di. nunc autē. ſed hoc nō eſt ita, q offenderetur illa regula, vnam ſanctam catholicā ⁊c.xxiij. diſt. qui eps. Itez nūquid papa pōt renūciare? Utiq: nam Marcell⁹ renunciauit.xxj.diſ. nunc autē. ⁊ Clemēs papa: ſed poſt Linū ⁊ Cletū iterū recepit cathedram.viij.q.j.ſi petrus.

a ¶ Ut legatum dei. Epiſcopus dicitur legatus dei: ⁊ tamen eſt iudex ordinarius: vnde patet ꝙ legat⁹ pape eſt iudex ordinarius, vt procōſul.

¶ Ecce. ¶ Caſus. Cōcludit Gratia. ex ſupradictis ⁊ bene ſoluit dicens ꝙ propter egritudinem nō debet ali⁹ epiſcopo ſubſtitui niſi ipſe infirmus ſingl'ariter hoc poſtularet: ⁊ tunc licite fieri poteſt / ſi hoc in ſcriptis poſtulauerit. Et hoc probatur per cap. §.e. ſcripſit. et ad hoc inducit exemplum de Aug. qui poſtulante Ualerio ſenectute grauato fact⁹ eſt eps: vt in eo.cap.no.§. Sȝ in originali qđ ſequitur, poſtea planum eſt.

b ¶ Sed illđ Gregorij.§.e.cap.ſcripſit.

c ¶ Si vero. hoc habetur in originali vnde hoc extractum eſt.

d ¶ Petierit. Ergo nulli īfirmo dādus eſt coadiutor niſi hoc petat.j.e. qualiter.⁊ cap.ꝗbus.⁊ ca.ſcripſit. Argu.contra extra de eccle.edifi.ad audientiam.

adduxerit, aut eſſe fecerit, vel deſiderauerit: per acerrimam penitentiā, aut ſuo reconcilietur epiſcopo, aut innupta ꝑmaneat. ¶ Epiſcopum vero oportet opportune et importune atq ſine intermiſſione eccleſiā docere, eāq prudenter regere et amare, vt a vitijs ſe abſtineat, et ſalutem conſequi poſſit eternam: ⁊ illa cum tanta reuerentia eius doctrinam ſuſcipere debet: eūq amare et diligere vt legatū[a] dei, et preconē veritatis. Ecce his authoritatibus patenter oſtenditur ꝙ epiſcopo viuēte alius ſuperordinari non poteſt: nec etiam pro eius egritudine: ſed illud Gregorij[b] intelligēdum eſt quando ille qui egrotat, alium ſibi ſubſtitui non rogat. Ceterū quādo aliquis vel ſenectute vel infirmitate grauatus, ſuſceptum officium miniſtrare nō valet: ſi aliū ſibi ſubſtitui petierit, rationabiliter fieri poteſt. Unde in eodē capitulo ſequitur. Si vero[c] idez Joannes fortaſſe ꝓ moleſtia ſua petierit[d] vt ab epī honore debeat vacare: eo petitionem ſcripto dāte ꝯcedendū eſt: aliter id facere nō valem⁹. Hinc etiā beatus Auguſtinus epo ſuo nondum defuncto, ſed ſenectute grauato cathedram epiſcopalem ſuſcepit.

Unde i epiſtola Paulini ad Romanum legitur.

¶ Auguſtinus non tam ſucceſſit ꝙ acceſſit.

Non aūt hoc tm̄ ſcripſimus gratulādū, ꝙ epiſcopatū Auguſtinus accepit, ſed ꝙ hanc curam dei gratia meruerit aphricana eccleſia, vt ꝟba celeſtia Auguſtini ore perciperet, q̇ ad maiorē dñici muneris gratiam nouo[e] more prouectus ita conſecratus eſt, vt nō ſuccederet[f] in cathedrā epiſcopo, ſed accederet[g]. Nam incolumi Ualerio Hyponenſis eccleſie epo coeps̄ Auguſtinus eſt. Hoc idē ꝓbatur authoritate beati Gregorij qui Ariminēſi epo dolore capitis laborāti alterū ſubrogauit: ita ſcribēs in regiſtro ſuo. ca.cccxxxviij.

¶ Epo grauato infirmitate alius ſubrogari poteſt.

Qualiter ordinati a nobis ſacerdotis corporis (q id notū eſt) impedietē mo-

Non autē. ¶ Caſus. Paulus ſignificauit Romano ꝙ Ualerio epo Hypon. eccleſie viuo ⁊ incolumi poſtulāte coeps fact⁹ eſt ei Aug. de cui⁹ ꝓmotione ⁊ electione nō ſolū letat⁹ eſt, ſȝ etiā letatur ꝙ Aphricana eccleſia talem meruit habere paſtorem.

e ¶ Nouo more. Sed ꝯtra. in nulli⁹ ꝑſona eſt omittēdum qđ ſtatutis generalib⁹ cōtinetur.lxj.diſt. miramur. Sed illđ nō fit ꝓpter vtilitatē perſone, ſȝ eccleſie.

f ¶ Ut nō ſuccederet. Sic ergo vterq inſolidum eſt eps. ſi.xxj.q.j.relatio. ⁊ vterq poteſt hominē per ſe ſoluere ⁊ ligare.ff.de admi.tut.ſi plures.ff.de exer.l.j.§. ſi plures.⁊.ff.de offi.procon.l.j. Sed nunquid quē vn⁹ ligat, poteſt alter abſoluere? ⁊ videtur ꝙ non, quia pares ſunt: vnde videtur ꝙ ſententia ꝓ reo teneat.ff.de re iu.inter pares. Item ſi ſimul ferant contrarias ſententias, cuius ſententia tenebit? Uidetur ꝙ mutuo ſe

g ¶ Accederet. videtur tamen ꝙ Auguſtinus in adminiſtratione fuit minor. xl.diſti.ante oia.in ſi, q vt dicet, in caſu neceſſitatis erit vnus epiſcopus vicarius alterius, ne ſit ibi monſtrū habēs duo capita, extra de offi.iud.ordi.quoniam in plerisq.

¶ Hoc idem. ¶ Caſus. Supra in §.ecce.in.c.nō autē. dictum eſt ꝙ viuo epiſcopo poſtulanti poteſt ali⁹ ſubſtitui. Nūc vero ꝓbat idē authoritate Greg. qui Arimineñ. epo rogante aliū ſibi ſubſtituit.

Qualiter. ¶ Caſus. Ariminenſis eps moleſtia capitis oppreſſus, Romam iuit vt ibi liberaretur: quē cū Grego. ad preces Ariminenſiū hortaretur vt ſi ſe melioratū ſentiret, ad eccleſiā ſuā reuerteretur: ipſe ſupplicauit vt quadriennio expectaret, ⁊ date ſunt ei induc̄ie quadriēnij: ſȝ elapſo quadriēnio cū non conualeſceret: ⁊ Greg. ad ꝑces clericoꝝ ⁊ ciuiū ipm̄ inſtanti⁹ hor-

Alij dicūt ꝙ tenet ſententia ꝓ reo vt l.pdi.inter pares. ſi inceſſib⁹ dicit ſententia. gl. ta. ex ſ. tud. duobus. Archi.

Pape duo nō poſſunt eſſe.

Hoc aſſeritur: ue dicebat L. dicens, q ipſi Auguſtino dat⁹ eſt locus a valerio

Epiſcopi duo quādoq ꝑñt eſſe.

taretur vt rediret, renūcians ſupplicauit pape quate= nus ibi aliū ordinaret. Scripſit ergo Grego. viſitatori bus illius eccleſie totā ſeriē rei geſte ⁊ ſic admonuit cle rū ⁊ populū vt di= gnum eligerent: ⁊ precepit eis vt illū examinēt quē om nes elegerit: ſicut etiam ipſi poſtula uerūt: ⁊ ſi inuene= rint eū dignū/ mit tant eū Romā cū decreto electionis ad ordinē ſuſcipiē dū. ⁊ ibi incipit cō ſtructio: Dudū ve ſtra fraternitas co= gnouit qualiter Ari= minenſis eccleſia paſtorali hacten⁹ ac ſacerdotali ſit regimine deſtitu= ta/ impediēte mo= leſtia corporis ſa= cerdotis. i. epi or= dinati a nobis.

a ¶ Quadriēnio. Quadriennīū eī datur vt poſſit ab= eſſe cauſa curatio nis: ſed annus da tur ei tantū ad ex= periendū ſi poſſit celebrare. ꝯ. xxxiij diſt. cōiter. vel eti= am. xxx. dies: vt. j. q. ij. ca. vltimo. po tius debuiſſet iſte epūs fugiſſe Romā pro ſanitate recu= peranda: ſicut cō= munis filius: vt. xx= iij. diſt. cōis. et eſt hic argu. ꝙ Rome ē ſanū morari. Jo.

b ¶ Datis. Ergo in ſcriptis faciēda eſt renūciatio: aliás nō tenet. ꝯ. e. q. §. ecce. Joā. qđ falſū eſt, cū etiā ſolo fa= cto pōt aliquis renū ciare: vt ex̄ de ap. ſolicitudinē. et ex̄ de his q̄ fi. a maio. par. ca. ex ore. ⁊ ēt ſolis verbis: vt. C. de pac. poſtq̄. B.

c ¶ Copulſi. Ab= ſolute ponitur ille nominatiu⁹: et nō habet verbum.

d ¶ Heptateuchi heptateuchū ab hepta vt, qđ eſt ſe

leſtia, ariminenſis eccleſia pa ſtorali hacten⁹ ac ſacerdotali ſit regimine deſtituta, dudū fraternitas veſtra cognouit: quem dudum habitatorū lo= ci illius precibus permoti ſe= pius hortati ſum⁹ vt ſi de ea= dem capitis qua tenebatur mo= leſtia melioratum ſe eſſe ſenti ret, ad ſuam auxiliāte deo re= uerteretur eccleſiā: qui datis inducijs in hoc quadriennio[a] expectatur. quē dum cleri vel ciuium huc venientium noſq̄ precibus vrgentiū inſtantius hortaremur vt ſi valeret, cū eis auxiliante deo remearet: datis[b] ſcriptis ſupplicatione nos petiit vt quia ad eiuſdem eccleſie regimen vel ſuſceptū officium pro eadem qua deti= nebatur moleſtia aſſurgere nul laten⁹ poſſet, eccleſie ipſi epi= ſcopum ordinare deberem⁹. Unde quia cunctarum eccle= ſiarum iniuncta cura ſolicitu= dinis nos conſtringit: ne diu= tius gregi fideliū deſit paſto= ralis cuſtodia, illorum preci= bus, ⁊ huius ex ſui impoſſibi= litate renunciatione compul= ſi[c]: viſum eſt nobis eidē Ari= minēſi eccleſie debere epiſco= pum ordinari: ⁊ datis ex mo= re preceptis, clerum plebem= q̄ eiuſdem eccleſie non deſti= timus admonere quaten⁹ ad eligendum ſibi antiſtitem cō= cordi prouiſione concurrant. Hortamur ergo vt fraterni= tas veſtra eum quem vno cō= ſenſu omnes elegerint: ſicut ⁊ ipſi a nobis popoſciſſe noſcun tur: ad ſe faciat euocari: quem cauta ex omnib⁹ examinatio= ne diſcutite: ⁊ ſi in eo q̄ in tex= tu heptateuchi[d] continentur minime domio opitulāte fue= rint reperta, atq̄ fideliū per= ſonarum relatione eius quo= q̄ vita vobis placuerit: ad nos eum cum decreti[e] veſtri pagi na, additaq̄ teſtificatiōis epi ſtola deſtinate: quatenus e= iuſdem a nobis eccleſie domi no diſponente cōſecretur an= tiſtes.

Item ex eodem ca. ccxliij. ad Eleutherium epiſcopum.

¶ De eadem.

Quanuis ſit triſte[f] no= bis valde quod loqui= mur: atq̄ fraterna nos com= paſſio potius arguat, q̄ ali= quid de auditis definire per= mittat: ſuſcepti tamen ſolici= tudo regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo, magna nos eccleſijs cura proſpicere: ne qua earum poſſit vtilitas deperire. Peruenit igitur ad nos quibuſdam referentibus quendam epiſcopū ita paſſio nem capitis incurriſſe, vt qđ mente alienata agere ſoleat, gemitus et fletus audire ſit. ne ergo lāguēte paſtore grex (quod abſit) īſidiatoris laniā= dus dentibus exponatur: vel eccleſie ipſius vtilitates depe reant: cauta nos neceſſe eſt ꝓ uiſione tractare: et ideo quia viuentem epiſcopum ab offi= cio ſuo neceſſitas īfirmitatis non crimen abducit: alium lo co eius (niſi recurrēte eo) nul= la ſinit ratio ordinari. ſed ſi in= terualla egritudinis habere eſt ſolit⁹: ipſe data petitiōe nō ſe vlterius ad hoc miniſteriū ſubuertente infirmitate poſſe fateatur[g] aſſurgere: ⁊ aliū lo= co ſuo expetat ordinādū: quo facto omnium ſolenniter ele= ctione alter qui dignus fuerit epiſcop⁹ ordinetur: ſic tamen vt quouſq̄ eundē epiſcopum ī hoc ſeculo vita tenuerit: ſum ptus ei debiti de eadem eccle ſia miniſtrentur[h]. Enimuero ſi nullo tēpore ad ſane mētis re dit officiū: perſona fidelis ac

ptē: ⁊ teuchos, qđ eſt volumē. vnde heptateuchū. i. vo lumē ſeptē librorū. ꝯ. di. xlix. ħ etei. ſūt quinq̄ libri Moy= ſi, ⁊ liber Joſue, et liber Judicū: qui ibi continentur.

e ¶ Decreti. in q̄= bus teſtentur de exa= minatione et vita electi. lxj. diſt. cati= nēſis. et ca. epm.

Quanuis ſit triſte. ¶ Ca= ſus. Quidam epūs tantā paſſionē ca= pitis icurrit/ ꝙ fa= ctus erat mētis a= lienate Ne q̄ grex illius eccleſie lede retur, ſcripſit Greg. Eleutherio epo, ⁊ dicit ꝙ ex quo in= firmitas eſt in cā/ ⁊ nō crimen: nō po teſt ibi ali⁹ epūs ſu= perordiari, niſi eo ſponte renūciāte. ⁊ mandat ei vt va dat illuc: ⁊ ſi habe at lucida interual la, moneat eum vt renunciet. et ſi re= nūciauerit, alius loco ei⁹ ſubſtitua= tur: ita tñ, vt epō donec vixerit debi ti ſumpt⁹ ex eadē eccl'ia miſtretur. Si vero ad ſanā mentē nō redierit, eligatur ibi ali⁹: ⁊ cōmittatur ei ois cura eccl'ie: ſ3 nō ꝯſecretur eo vi= uente: ſed eo mor= tuo.

f ¶ Triſte. Data petitione tpe infir mitat⁹ nō tpe furo ris: nā tūc nō tene ret renūciatio. xvij q. ij. Gonſaldus.

g ¶ Fateatur. Iſte eq̄tate ſuadēte, lz ius deficiat, cogit renūciare: † cū a= lijs i hoc ꝓſit, ⁊ ſi= bi nō noceat: ar. ff. đ aq̄ plu. arcē. l. ſū ma. §. idē Uar⁹. et ff. loca. ſi q̄s domū

h ¶ Miniſtrentur. Sz ꝓ crimine re= moto nō miniſtrā= tur ſumpt⁹: q: ma le meriti publica debēt egeſtate la= borare: vt. ff. depo ſiti/ bona fides.

† cōtra vt dicā. j. ea. §. ecce qđ in verbo, ſenectu te.

Male meriti debent egere.

a ❡Eligenda. Arg. cõtra. ſ. diſtin. lxxix. ſi quis papa. ⁊ ex̃ de pac. accepim⁹. ⁊ ex̃ de ꝯceſ. preben. ⁊ eccl. nõ va. nulla. ſed oĩa illa ꝯtinent ius cõe. Uel dic ꝙ ille fuit electus ſub tali cõditione/ niſi ſupſtes cõualuerit: ⁊ tũc eo conualeſcẽte irritat electio: eo mortuo/ deinde cõfirmatur: arg. j. e. paſtoralis. lxj. diſt. ſtudij. ex̃ de elec. cum terra. lxxxv. di. florentinũ. ⁊ eſt ſi. C. de cur. fu. cũ aliis. Quidam dicũt ꝙ modo tanq̃ adminiſtrator eligit: ſ3 eo mortuo i epm.

ij. ps. ❡ Ne aũt. ❡ Hec ẽ ſcđa pars. q. d. quaſi dr ꝙ vbi fuerit copia ſacerdotũ, ſẽper debẽt eſſe duo ita vt ſi vn⁹ ceciderit, alius ieiunus incipiat vbi alter dimiſit/ et finiat. Jo. de fan.

❡ Caſus. Supra in ca. Quis facta ẽ mentio de mentis alienatione. S3 q2 hec alienatio in officio ſepe contingit, ideo cõſtitutũ eſt vt vnuſquiſq3 preſbyter alios ſecũ habeat q̃ miniſteria inchoata ꝑficere valeant.

Illud diuini. ❡ Caſ⁹. Conſtitutũ fuit in concilio Toletano vt vbi loci vel temporis vel cleri copia ſuffragatur/ quilibet ſacerdos habeat coadiutorem ſecũ: qui ſi dũ officium celebrat/ caſus inopinat⁹ euenerit qui corp⁹ obrui faciat, mẽtem alienet, vel terrore cõfundat: ei⁹ vices exequat. Copia tpis. i. opportunitas. Nam ſi guerra eſſet, non poſſet vel nõ auderet alium ſecum habere. Loci, vt ſi locus ſit diues. Cleri, quia forte eſt ibi copia clericorum.

Eccl's iiij. c.

b ❡Adiutorẽ. j. xxj. q. ij. ſicut. cõtra. Sed dicas talem coadiutorem vel ſociũ/ nõ prelatũ. vel loquitur de eccleſijs conuẽtualibus/ vel quãdo ſufficiunt facultates. ſic xciij. diſtin. diaconi. ij. ⁊ de ꝯſecra. diſt. j. ca. hoc quoq3. et ca. epiſcopus deo.

c ❡Eliſus. Per hoc dicunt quidam loqui de infirmo: quod falſum eſt: quia infirmus niſi conualuerit non celebrabit. ſ. ea. q. ij. in literis.

